

VINUM NUPTIALE

Nuptiis secundis & auspiciis

153

Viri Prudentis & Consulti,

DN. IACOBI CAR.

STENS, SENATORIS REIPUB.

Rigensis, matrimonium con-
trahentis

Cum

Matrona honestissima lectissimaq[ue]

CATHARINA

Schlâpers,

Civis quondam Smercatoris Rigensis
præstantissimi

IOHANNIS Röstens

b. m. relicta & vidua,

felicitis ominis & observantia ac cognationis
debita ergo oblatum

MATTHIA ROLANDIO

Rigâ-Livon

die 13. Maii Anni M. DC. XXIII.

Rigæ, typis NICOLAI MOLLINI.

Inv. No. 62363

284

UNIVERSITATIS
LIBRARIIS

LIBRARIIS

KATALOGS R
ZA FEB
P. 1094

AKADEMIA
LATVIA
FUNDATA
1864



VINUM NUPTIALE

Quod vox sancta Dei, faciendi regula, sancit,
Improbis audebit qui temerare furor?
Conjugii fundus Deus est; Is, crescite, bini,
Dixit, & humanum multiplicare genus.

Is vita sociam Sponsor, Paranympus Eadem
Primigeno Nympham fecit habere viro.

Idem etiam praesens Galilae in paupere vico
In laticem vertit pocula Achelöa meri.

Ille tori subscriptor adhuc feliciter audit,
Quando homines auræ cælitis igne jugat.

Ipsc pro castosq; toros tutatur, honorat,
Sanctus ut est, sanctum sic iuvat, ornat, opus.

At tibi quid mentis, Romana Iuppiter aula,
Quod tua lege Dei somnia pluris habes?

Castra vetas male, concedis male turpia: dignam
O tribus Anticyris, helleboroq; caput!

Quod generale est mandatum, ad speciale reducis,
Conjugii haud omnes vis tolerare jugum.

(:) 2

Al

At quod cuiq; licet, quod honestum est, jura sinantq;
Arbitrio prohibes, quomodo, Papa, tuo?
Lex ubi non distinxit, homo distinguere parcat,
Inq; sui juret verba minister heri.
Dispereant glosse, pereat tua sanctio, Papa,
Prævaleat, quicquid fluxit ab ore Dei.
Casta placent castis, solemnia gaudia castos.
Mente jubet præsens concelebrare dies.
Quæ sibi Karstenides, sacri pars ampla Senatus,
Schleperiam Catharin jungit amore tori:
Schleperiam, natam de sanguine gentis honestæ,
Quæ meret in summa nomen habere tribu.
Plaudite Castalides, Hymenæum dicite, quotquot
Bellephorontæas ore bibistis aquas.
Solvite jam linguas in vota, complectitur usq;
Karstenides vestrum Sponsus amore chorum.
Conjugibus de more novis date munera, amici,
Nec tam aurum, argentum, quàm pia vota date.
Et Tibi quod sulcum non offero, Sponse, metallum,
Res angusta domus non sinit ampla dare.
Dummodo non immunis ero, munuscula quæ fert
Parca, qui consule quæso boni.
Non hinc querito, Pactoli quas volvit arenas,
Sed lezibus chartis illita dona vide.

Qualia?

Qualia? vis dicam? res non caret omine; amicus
Propinat pauper pocula bina Tibi:
Unocum lymphæ curas propino cruceq;
Conjugibus primis quod Deus ipse dedit.
Ast alio propino merum, quod pellit edacem
Curam animi, Sponsis quod Deus ipse dedit.
Atq; istud voluit thalami Deus autor & altor,
Quando Cana in Bacchi pocula mutat aquas.
Sic hodiè nulli vult cæli orbisq; creator
Dulce merum sine aquis, mel sine felle dare.
Hoc primi Sponsi, qui se astrinxere reatu,
Adam & Eva hauserunt poculum amaritæ:
Cum Paradisiacis (Phison Euphratesq; rigabant)
Hortis exclusi per vaga ière loca:
Tum primùm agnovere nefas, sine corpora veste,
Humore & salso permaduère gena,
Difficilemq; viam terra sensere colenda;
Inde projecta est mors, & genus omne mali.
Nec tamen has inter curas & tristia vita
Deseruit planè cura paterna Dei.
Scilicet hæc hodiè thalami pia vincla petenem
Quemq; manet semper fors bona forsque mala.
Nec mel gustabit, qui non gustavit amarum;
Post undæ calicem dulciora vina bibes.

(:) 3:

Hæc

BIBLIOTEKA
ZINARNA
K. A. D. C.
ITALIA

Hæc quoq; cura piis est demandata maritis,
Servos & sobolem ritè docere domi.
Sic pietas, sic sacra fides, sic expetit ipse,
Vasti qui cœli nobile struxit opus;
Legis & ad sacra exemplum componere cuncta,
Utq; omnes discant damna futura piti.
Sapè domus partes acris dolor occupat omnes,
Et nocumenta primum sic sua quemq; manent.
Namq; rosas carpisse volens spinisq; rubisq;
Non facile illas extrahet ille manus.
Strangulat inclusus dolor, atq; cor aestuat intus,
Cogitur & vires congeminare suas.
Post ventos tamen & tumidas sævasq; procellas
Æquore composito mitior aura redit.
Non secus Heliadum genitor persapè coruscet,
Cum piceis cœlum nubibus omne latet.
Tu quoq; Carstenide viduam sine compare vitam
Dum ducis, curas solveris in varias:
Nam regere ancillas, servos, sine matre molestum est,
Non facile, esse domi, est, & simul esse foris.
Pertusus viduam mutato sormate pullo,
Recte igitur thalami vota secunda facis:
Namq; Dei jussu soli non convenit esse,
Interdicia unquam nec digamia sunt.

Dum

Dum sociamq; crucis, dum lenimenq; dolorum,
Et certum vita dum petis auxilium,
Auxilium qua sit Tibi curarumq; medela,
Duritiaq; omni dulcè levamen erit.
Ergo Tuis votis optatisq; annuit ille,
Cui tellus servit, cui mare, cuiq; polus,
Et Tibi Matronam, qua nomine & omine casta est,
Addidit, ut vita luxq; salusq; fiet;
Sponse, bono tanto gaude, totusq; triumphas,
Cui ducta est hodiè casta pudica Dea,
Castà pudica Dea ex præclaro sanguine nata,
Qua verè kabagor nomen & omen habet.
Nam si fors veniet nubes obducta procellis,
Qualis contristat sæpè maligna torum,
Leniet hæc dictis curas. Icemq; reducet,
Ut pulsã nitent æterna dies.
Prospera si fuerint, pariter gaudebit: Amoris
Lex ea, qui furo, qui quoq; felle caret.
Te quocunq; statu nunquam Catharina relinquet,
Perpetuoq; latus clausit illa Tuum.
Te Tuum nequaquam ipsius nocte putabis,
Namq; voluntate est, mente animoq; Tua.
Felix meritò! cur non? sic esse decebat
Matronam, ex omni qua pia parte claret.

Vult

Vult Tua sic prestans virtus, magniq; labores,
Stella Senatori faxq; corusca chori.

O Te felicem Sponsam! qua nacta maritum
Virtute es similem tūm pietate Tibi:

Imò etiam ingenio permagnum consilioq;
Judicii clarâ dexteritate gravem.

Nomine & hoc ipso plebs jure & curia laudant:
Plaudite nunc omnes; plaudite quaso boni!

Claudite & hoc voto: & inter pars optima cives
Carstenius faustè nupturiatq; bene!



LATVIJAS
FU
1504
ZINĀTNU AKADEMIJA
LATVIJAS
FU
1504

843244

LU Akad. bibl.



817002296